

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 6749

**Auteur(s)** : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s)** : La Vieille-Lyre, Notre-Dame de Lyre (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1155-1158]

**Lieu d'émission** : Westminster

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Confirmation générale des biens appartenant à l'abbaye de Lire.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, vol. 2, p. 1041 et 1092.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° LXV, t. 1, p. 165-169.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 166.

Texte établi d'après b

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et in perpetuam elemosinam confirmasse #cclesi# Lirensi, et monachis ibidem Deo servientibus, quicquid eis rationabiliter datum est, et tenementa sua, et quicquid juste et rationabiliter possederunt tempore regis H[enrici] avi mei et tempore patris mei. In episcopatu Ebroicensi, in loco qui Vetus Lira dicitur, ex dono Willelmi comitis, terram de eadem villa quam tenebat in dominio, et duo molendina in eadem villa, et quartam partem Nov# Lir#, et molendinum ejusdem vill#, et molendinum Taneret, et totam aquam ab Nova Lira usque ad Calet, et totam decimam forest# Britolii, et decimas septimanas Britolii, Lire, Paceii et Glotis et Pontis Sancti Petri ; #cclesias Britolii cum feodo Walonis, #cclesias Glotii, ecclesias de utraque Lira, #cclesiam Sancti Andre# de Barra, #cclesiam de Cornuil, #cclesiam de Candaminel, #cclesiam de Boterellis, #cclesiam de Noeria, #cclesiam de Alverniaco ; preterea dotem comitisse Adelici#, scilicet Trisaicum cum molendino, et Marneras, et Rubramont. Et in episcopatu Rothomagensi, Scanna comitis ; in eodem episcopatu Rothomagensi, #cclesias Pontis Sancti Petri, scilicet Sancti Nicholai, Sancti Georgii et Sancti Crispini, cum appendiciis suis, et reddecimam ville Pistris. In Anglia : in episcopatu Wintoni#, ex dono predicti Willelmi comitis, in ipsa civitate

duos burgenses, #cclesiam de Claford[e], cum appendiciis suis ; in Hantonia novem libras et V solidos et unum burgensem, et #cclesiam Sancti Johannis ; #cclesiam de Carebroc cum appendiciis suis, et totam decimam de dominio comitis ; ecclesiam de Aretona, et totam decimam de dominio domini ejusdem ville, et de Baselee et de ..... et de Condecomba ; ecclesiam de Fresquequatre, et totam decimam de dominio domini ; #cclesiam de Godesella cum omnibus pertinentiis suis ; #cclesiam de Winpingeham ; #cclesiam de Neucherche ; ecclesiam de Neutona cum appenditiis suis ; [quingenta solidos pro decimis nummorum domini de Insula ;] decimam domini de Brunlega. In episcopatu Herefordi#, in ipsa villa duodecim libras et unum burgensem, acram ; #cclesiam de Tedeham cum appenditiis suis ; #cclesiam de Lindeneia, #cclesiam de Lintona, #cclesiam de Wiltona, #cclesiam de Merkelai, cum appendiciis suis ; #cclesiam de Westeurde ; decimam de Unre ; #cclesiam de Lena, #cclesiam de Thamebere, #cclesiam de Hopa, cum appenditiis suis ; [XII denarios in terra Radulfi de Monte], decimam de Pultona de dominio domini, et decimam de Chingecaples de toto dominio, et decimam de dominio domini de Credhella, et decimam domini de Chislet, et unum hominem cum terra sua. In episcopatu de Landaf, manerium de Languivai, et decimam totius forest# de Grossomonte, et medietatem decim# thelonei de Strigulio, et medietatem totius decim# qu# est inter Guaiam et Oscam, scilicet vaccarum, porcorum, nummorum, piscium et mellis. Et decimam domini de Stanfort et unum hominem ; et decimam domini de Tornebere et unum hominem, et decimam de dominio de Logordine et unum hominem, et Sutton# unam virgatam terr#. Que omnia sunt in episcopatu Herfordi#, scilicet Stanfort et sequentia. In episcopatu Wigorni#, #cclesiam de Hanleia cum appenditiis suis, et decimam forest# Malverni#, preter venationem, et decimam totius domini de Cuhelle, et decimam totius domini de Bisseleia et unum hominem, et decimam totius domini de Fortelintona et unum hominem, et decimam totius domini de Edrefeld et unum hominem ; ecclesiam de Fecheham cum appendiciis suis, et unam carruca[ta]m terre ; ecclesiam de Chedhorde cum appenditiis suis ; in villa de Auvrintona decimam totius domini et unum rusticum ; Duntburnie duas hidas terre, et decimam totius domini de Estamestede, et duos burgenses in villa Gloecestri# et unum pratum. In episcopatu Saresberi#, #cclesiam de Bastendena cum appenditiis suis ; #cclesiam de Essamestede, #cclesiam de Sunningefeld et #cclesiam de Sarefeld, cum appenditiis suis. Ex dono comitis Leecestri#, ecclesias de Warham cum appenditiis suis, #cclesiam de Guersit et centum solidatas terr#, et #cclesiam de Rincheorde, cum appenditiis suis. In episcopatu Lincolni#, ecclesiam de Hinkelai, cum appenditiis suis. In episcopatu Cestrensi, ecclesiam de Ettona, cum appenditiis suis, et unum hospitem apud Leecestriam. Ex dono comitis Mellenti, unum burgensem liberum ad Pontem Audomari. Ex dono Henrici de Ferrariis, unum hospitem liberum apud Canbrest. Ex dono Richerii in (sic) Aquila, unum hospitem liberum. Ex dono Rainaldi de Bordineio, LX. solidos in fossa forest#, et decimam molendinorum ipsius. Preterea #cclesiam de Gutteriis et ecclesiam de Morenvilla, et ecclesiam de Paceio cum appenditiis suis ; in introitu Quadragesim# duo millia allectiorum. Ex dono comitis Mellent[i]. Ex feodo de Boterellis, apud Loreiam, unum hominem et XXIInam summam salis. Ex feodo Britolii, dono Willelmi comitis et Hugonis venatoris sui, villam que dicitur Boscus Hugonis. Ex dono Ricardi de Redvers, in insula de Wiht, L. solidos per annum. Ex dono Willelmi [de] Waimuta, unam hildam terre apud Warham. [Ex dono Willelmi de Waimuta, unam unciam auri in prepositura de Warham.] Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia et monachi in ea Deo servientes omnia supradicta teneant, cum omnibus pertinentiis suis, bene et in pace, libere et quiete et honorifice, in perpetuam et liberam elemosinam, sicut cart# donatorum eis rationabiliter testantur, et sicut melius et liberius tenuerunt tempore regis H[enrici] avi mei.

Testibus : Philippo Baiocensi episcopo, et Arnulfo Lexoviensi episcopo, et Roberto comite Legercestrie, et Willelmo comite Gloecestrie, et Ricardo de Humetis constabulario, Mannassero Biset dapifero, et Warino Filio Geroldi camerario, et Roberto de Dunstanvilla.

Apud Westmonasterium.